



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CII. Ritter Heinrich von Rochow mit seinen Söhnen verkauft dem Albert Wockenstiel das Angefälle an Hebungen in Stendal, am 24. Juni 1322.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

CL. Beitritt des Landes und der Stadt Gardelegen zu dem Bunde vom 21. Dezember 1321.

In Nomine Domini Amen. Nos milites et vasalli In territorio Gardeleghe, Scabini, Consules totaque vniuersitas burgenium eiusdem Ciuitatis coram omnibus prefencia visuris sine eciam aufculturis recognoscimus publice protestantes, Quod cum honestis militibus et vasallis In Aduocacia Stendal constitutis, necnon cum eadem ciuitate Stendal et Militaribus In aduocacia Saltwedele, necnon eadem Ciuitate, Necnon reliquis Ciuitatibus, scilicet Tangermunde, Osterborch, Sehufen, werben atque cum omnibus militaribus territoriis in iam dictis commorantibus compromissimus et nostris Juramentis affirmauimus sub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicumque in his nunc prefixis Ciuitatibus similiter territoriis per se vellet esse violens Iudex recusans et renuens nostra Jura primordialia, actenus vt exnunc et ab Antiquo preconseruata, volens manu et intendens semper iudicare violenta, videlicet rapinis, Incendiis, captiuitatibus, sine eciam violentiis aliis quibuscunque, debet esse proscriptus in cunctis territoriis et ciuitatibus iam sepius prenaratis, ita quod ad compositionem vel gratiam non debeat recipi, nisi fiat cum consensu prefixarum ciuitatum necnon territoriorum et bona voluntate, hoc verumptamen interposito, si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri teneretur et debetur tribus militaribus vel quinque burgenibus sine septem villanis probis et irreprobatis. Vt autem huiusmodi suprascripta rata et illibata permaneant et ne quisquam eidem presumat ausu temerario obuiare, presentibus Sigilla Ciuitatis Gardelegen ac Strenuorum militum, videlicet domini hennighi et Theoderisci de fanterfleuen et cetera sunt appensa in sufficiens argumentum. Actum et datum Anno domini M^o. CCC^o. XXI^o., In die beati Thome Apostoli.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 50.

CII. Ritter Heinrich von Rochow mit seinen Söhnen verkauft dem Albert Wockenstiel das An-
gefälle an Hebrungen in Stendal, am 24. Juni 1322.

In nomine domini Amen. Quoniam omnia memorialiter retinere et nullius obliuisci potius diuinitatis est quam humanitatis; Idcirco expediens et discretum fore dinoscitur, ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur temporis cum progressu, ut literarum et virorum ydoneorum testimonio perhennentur. Hinc est, quod nos Hinricus, miles, de Rochou dictus, una cum filiis nostris videlicet Wycharde, Bethekino nominis eiusdem ad notitiam uniuersorum, quibus prefens scriptum exhibitum, lectum fuerit seu ostensum, cupimus peruenire, quod viro discreto Alberto dicto Wokkensteyl, tunc temporis in Brandenburg monetario, ac sue conthorali Benedicte, domine reuerende, nec non suis veris et legitimis heredibus, immo si, quod tamen absit, predictus Albertus sine heredibus sexum ducentibus seu habentibus virilem ab hoc seculo emigraret, extunc suis filiabus, successionem bonorum Conradi, dicti de Heffene, quod vulgariter Anegeuelle nuncupatur, videlicet XIV Frustra redituum in ciuitate Steyndal, sita in moneta, titulo contulimus pheodali, pariter et conferimus in his scriptis, omni dolo procul moto et occasione qualibet proli-

gata. Pro qua scilicet collatione Albertus sepedictus nobis XXVIII Marcas argenti Brandenburgensis et ponderis ejusdem benevole tribuit largiendo. Ne autem hec collatio a nostris saccessoribus in posterum infringatur, nostram super eo sibi patentem literam porreximus, nostrorum sigillorum munimine roboratam. Testes vero hujus rei sunt Otto, dictus de Oftheren, Henricus, dictus de Wodenswege, famuli strenui, nostri aunculi, Henningus Jan, Arnoldus Dewy-nes, Roschowe, Mathias de Lanchwiz, in nova ciuitate Brandenburg ciues, et alii quam plures fide digni. Datum et actum in dicta Brandenburg ciuitate, anno dominice incarnationis M^o. CCC^o. XXII^o., in die beati Iohannis Baptiste.

Nach dem Original des Stendalschen Rathsarchives No. 53.

CIII. Die Städte der Mittelmark und Niederlausitz geben der Stadt Stendal Nachricht von der unter ihnen errichteten Einigung, am 21. Dezember 1323.

Discretis viris ac honestis Dominis Consulibus de Stendal Consules Civitatum Nove Brandenburg et veteris, Rathnow et Nawen, Spandow, Berlin et Kolene, Mydwolde, Copnik, Bernaw, Ewerswolde, Landberch et Struczberch, Munchberch et Wrftenwold, Vrankenword, Summerwelde et Gubin, Bezcow, Lukow, Belyz et Bryffen, Veri amoris integritatem cum promptitudine famulatus. Noveritis nos in simul super quibusdam causis infra scriptis inter nos mutuo vovisse, conspirasse et compromisisse, quarum prima est, si aliquis malefactor excederit in aliqua nostrarum civitatum prenominarum, videlicet per furtum, spolium, latrocinium, aut per incendium, vel capiendo aliquem de civibus prenominarum civitatum, ut extorqueat ex eo alicujus pecunie quantitatem, hic debet proscribi juris ordine racionabiliter ac rite observato. Postea talis excessus aliis civitatensibus debet literaliter notificari, et sic erit proscriptus apud omnes nostros civitatenfes, et in quacunq[ue] tunc civitate nostrarum prenominarum Civitatum deprehenderetur, ibidem debet ad mortem condemnari, secundum quod ejus excessus postulat et requirit, ne civitatenfes illi, in quorum civitate maleficium peregit, laboribus fatigentur et expensis. Secunda est: Si aliquis, quicumque eciam esset, veniret in aliquam nostrarum prenominarum civitatum, vel fugeret in ipsam cum rebus suis et bonis racione securitatis, hic debet ibidem esse securus rebus et corpore, quamdiu in ipsa perseverat, et salvus. Tercia est: si aliquis princeps vel potens dominus esset, qui aliquam nostrarum predictarum civitatum violenter invadere vellet, tunc alii civitatenfes debent municionibus eorum intercedere ad ipsum Dominum et petitionibus pro tali civitate, ut desisteret; quod si facere non curaret, tunc nulla consolacio necessariorum ex aliis Civitatibus prenominaris sibi deberet ministrari. Hec omnia huc usque inter nos mutuo servavimus et adhuc volumus observare, volentes eciam predicta vobiscum et cum civitatensibus vobis coadherentibus firmiter observare, dummodo ipsa nobiscum servaveritis vice versa et literas vestras apertas confectas nobis remiseritis, super causis sepedictis. In cujus rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Berlyn, anno Domini M^o. CCC^o. vicefimo tercio, in die beati thome apostoli.

Nach dem Originale im Stendalschen Rathsarchive No. 54.